955. Johannes XII.* qui & Octavianus natione Romanus ex patre
Alberico, sedit a. 8.[a] m. 4.[b] Iste[c] denique infelix[d] quod sibi
peius[e], totam vitam suam in adulterio & vanitate duxit.
Huius temporibus Otto imperator Romam veniens ab eo ho-
norifice susceptus est.[f] (Cumque ipse imperator multum decertavit.[x]) Sed cum a nequitia sua eum ad id tempus
concertando revocare non posset, consilio[g] imperatoris cum suis
fidelibus inito iterum[x] Romam venit[y], quatenus idem[h] pro-
terv[us] & sceleratus pontifex cum suis archiepiscopis &
episcopis recordaretur[i] ut a tali[a] ac tanto scelere resipisceret.
Sed ipse iniquus statim ut de suo[k] adventu audivit
Campaniam fugiens ibi in silvis & in[l] montibus more bestiae latuit.
Tunc omnes Romani uno consensu & una voluntate clerici atque
laici rogaverunt imperatorem, ut sanctae matri ecclesiae dignum
pontificem & pium rectorem tribueret. Facta itaque postulatione atque
petitione universi populi[d], tale a domino imperatore recepere[e] re-
sponsum: Eligite qui[k] dignus sit, & ego libentissime eum vobis concedo[l].
Statimque cuncti[m] tam clerici quam laici elegerunt domnum Leonem, virum
venerabilem, protoscriniarium[n] sanctae sedis apostolicae. Idem[o] ex patre Jo-
hanne item[p] protoscriniario[q] natione[r] Romanus de regione quae vocatur Clivus[s]
argentarii, vir probatus & omni honestate praeclarus. Et consecraverunt
eum domnum pontificem[t] per mensem Decembrium in Lateranensi
patriarchio[u]. Hic fecit ordinationes[v] in eodem mense presbiteros 7, diaconos 2. Hic
sedit annum 1. & menses 3; &[w] cessavit episcopatus eius. Ipso denique
vivente iniquum consilium a Romanis[x] exortum est, quemadmodum
domnum Leonem foras eicerent & sceleratum illum qui in Campaniae partibus
latitabat reducerent. Quod & factum est. Unde maxima famis &[y] perse-
cutio in civitate[z] Roma evenit, quia[a] Dei opitulante clementia praedictus
domnus Leo sanus & incolumis a[b] civitate exivit, &[m] ubi domnus imperator
cum[n] suo exercitu in partibus Spoleti[c] erat advenit. Qui honorifice ab eo[d]
susceptus est. Statimque armat[e] milites, munit expeditionem, & contra Romanos[f]
maximas insidias praeparat[g]. Quo[h] venientes in Reatinam[i] civitatem, Romani
nuncii ante eius praesentiam venerunt, qui ei mortem sceleratissimi Johannis
nunciaverunt, & de electione vel[k] consecratione Benedicti diaconi rogaverunt. Sed nihil ab eo

Left margin notes:
f) Cum — decertavit desunt 1. Cum sequentibus codex 26. contrahit.
g) C. cumque ipse imperator 16. 3.
x) deest 16.
y) veniens 16.
h) eumdem pro — cum pontificem 1. 3.
i) recordaret 1. 3.
k) imperatoris 1. 3.
l) deest 16. 3.
c) rectorem 1.
d) unus populus 16. 3.
k) quatinus 16.
n) protoscriniarius 3.
p) p. sanctae sedis apostolicae 16. 3.
r) natus 1.
s) clivo 3.
u) palatio 3.
m) & illuc ubi 16.
n) c. s. e. desunt 16.
c) Spoletanae civitatis 3.
e) armavit m. munivit 16. 3.
g) praeparabat 16.
h) Qui quem venisset 16. 3.
i) v. turrentinam 1.
k) et 16. v. c. desunt 3.

Right margin notes:
a) 9. 1a. V. 10. VII
b) 3 V. VII
c) Hic fuit temporibus primi Ottonis regis & imperatoris primi Germanorum. Iste V.
d) infelicissimus V.
e) q. p. s. est V.
x) cum quo ipse imperator multum decertatus, sed ab eorum nequitia eum numquam potuit eum removere consilio 1a. 3. (decertans, ab) (sua deest)
a) tanta nequitia taliquer scelere 16.
a) pio atque pio 16.
e) accepit 3. receperunt 16.
l) concedam 3.
m) St. a cunctis ele- ctus & expetitus est domnus Le. 16. 3.
o) deest 3. Iste Leo 16.
q) deest 1.
t) p. mense D. 3.
v) o. in 16. 3.
w) & c. e. e. desunt 16.
x) romano populo 3.
y) & ingens p. 16. 3.
z) c. devenit 16. 3.
a) Sed quia 16. Dei itaque 3.
b) ab hac c. 16. 3.
d) a domno imperatore 16. 3.
f) r. nuntios m. e. fecit praeparari 3.